

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Lesung aus dem Evangelium nach Matheus: item de eadem die

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

tempore hinc eum sacerdo-
tes ac principes iudaeorum
per aemulationem legis an-
tiquae data in xpianos per-
sequendi auctoritate diri-
gerent. Hinc illum ad ec-
clesiae solatium atq. omni-
um credentium firmamen-
tum xpc uocaret ex caelo.
Cuius ob hoc sunt ad dno cae-
cati oculi ut suscepta gra-
ueritatis caelesti acie et lu-
mine clariore fulgerent.
pariterq. aduerteret xpia-
ni nominis princeps futurus
xpm quem persequeretur
caecandi illuminandiq. ha-
bere uirtutem. Ut autem
praeteream caetera quae eu-
niuerso orbi mirabilem
faciunt. unum illud quod
ad omnes eius sufficit lau-
des quis ualeat aestimare
quantae sit gloriae. quod

cum inter homines ageret
speciali quadam diuinitatis
gratia. et paradysus illi pe-
netrabilis et caelum perui-
fuit. Quid ergo fratres hoc
doctore perfectius. qui in cae-
lo didicit quod doceret inter-
ris. Quid hoc teste ueracius
cui eleuato super caelos. ocu-
lis uidere et approbare con-
cessum est. quod postmodum
promitteret credituris.

haec sunt igitur apostolorum
petri et pauli stupenda me-
rita. per haec incedentes mi-
racula apostolatium suum
ad dno ac donno effusione de-
uoti sanguinis consecrarunt.

**ITEM DE EADEM DIE
LEC. SCI. EU. SEC. MATH.**

In illo tempore. Venit ihc in par-
tes caesareae philippi. et inter-
rogabat discipulos suos dicens.
Quae dicunt homines esse filium

175
hominis. Et reliqua.

**OMELIA VENERABILIS
BEDAE P. B. RI. LECTIO
DOMINICAE EIUSDEM.**

LECTIO SCI

EUANGELII QUAMMO-
do fratres audistis. tanto
intentiùs cogitanda. ac si
ne obliuione est iugiter
retinenda. quanto constat.
quia magnam nobis fidei per-
fectionem commendat. ma-
gnam eiusdem perfectae fidei
contra omnia temptamenta
robur aequè demonstrat.

Si enim scire uolumus quomo-
do in xpm credi oporteat.
quid lucidius eo quod ait
ad eum petrus. Tu es xpc fi-
lius di uui. Rursus si audi-
re delectat quantum haec
fides ualeat. quid apertius
eo quod ait dñs de ecclesia.
quae super eum aedificanda

erat. Et portae inferi non prae-
ualebunt aduersus eam. Sed
haec suis in locis plenius expo-
nentur. Nunc autem reuer-
tentes ad explanandam exor-
dine lectionem dominicam.
primo uideamus de loco in
quo habita memoratur.

Uenit inquit ihc in partes ce-
sareae philippi. Philippus
ut lucas testatur erat tetra-
cha itureae et traconitidis
regionis. Hic ergo statuens
ciuitatem in loco ubi iorda-
nis ad radices oritur libani
montis. Et est terminus iudee
contra septentrionem. Appel-
lauit eam caesaream philippi
in memoriam uidelicet sui no-
minis pariterq. honorem ti-
berii cesaris sub quo ipse re-
gnabat. In cuius partes ueni-
ens ihc. interrogabat discipu-
los suos dicens. quem dicunt

x.

x.